# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


## Missale - Cod. Aug. perg. 180

**[S.l.], [14. Jahrh.]**

Praefationes (de sancta trinitate, ne navitate Domini, de epiphania domini)

urn:nbn:de:bsz:31-61179

Visual Library

## Prefacio de sancta Trinitate

Per omnia secula seculorum. Dominus vobiscum. Sursum corda. Gratias agamus domino deo nostro. Vere dignum et iustum est equum et salutare. Nos tibi semper et ubique gratias agere domine sancte pater omnipotens eterne deus. Qui cum unigenito filio tuo et spiritu sancto unus es deus unus es dominus non in unius singularitate persone sed in unius trinitate substantie. Quod enim de tua gloria revelante te credimus hoc de filio tuo hoc de spiritu sancto sine differencia discretionis sentimus ut in confessione vere sempiterneque deitatis et in personis proprietas et in essencia unitas et in maiestate adoretur equalitas. Quam laudant angeli adorant dominaciones tremunt potestates. Celi celorumque virtutes ac beata seraphin socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti iubeas deprecamur supplici confessione dicentes.

## Prefacio de Nativitate Domini

Vere dignum. Eterne deus. Quia per incarnati verbi misterium nova mentis nostre oculis lux tue claritatis effulsit. Ut dum visibiliter deum cognoscimus per hunc in invisibilium amorem rapiamur. Et ideo cum angelis et archangelis cum thronis et dominacionibus. Cumque omni milicia celestis exercitus ymnum glorie tue canimus sine fine dicentes.

## Prefacio de Epiphania Domini

VD Eterne deus Quia cu unigenitus tuus
in substantia nostre mortalitatis apparuit
noua nos in mortalitatis sue luce repara
uit Et ideo cu angelis

De Ieiunio pref

VD Eterne deus Qui corporali ieiunio vitia
comprimis mentem eleuas virtutem lar
giris et premia Per xpm dnm nostrum
Per quem maiestatem tuam

In Pascha

VD Equum et salutare Te quidem domine
omni tempore sed in hac potissimu nocte
gloriosius predicare cu pascha nostrum
immolatus est christus Ipse eni verus est agnus
qui abstulit pcta mundi Qui morte nostra mori
endo destruxit et vitam resurgendo reparauit Et
ideo cu angelis et archangelis cu thronis et domi
nationibz Cumqz omi milicia celestis exercitus
ymnu glorie tue canimus sine fine dicentes

De Ascensione prefatio

VD Per xpistum dominu nostru Qui post
resurrectionem suam omnibz discipulis suis
manifestus apparuit et ipsis cernentibus
est eleuatus in celu vt nos diuinitatis sue tribueret
esse participes Et ideo cu angl'

De sco spiritu

VD Per xpm dominu nostru Qui ascen
dens super omnes celos sedensqz ad dexteram
tuam promissu spiritu sanctu hodierna die

in filios adoptionis effudit. Quapropter profusis gaudiis totus in orbe terrarum mundus exultat. Sed et superne virtutes atque angelice potestates ymnum glorie tue concinunt sine fine dicentes.

## Prefatio de Sancta Cruce

Vere dignum. Eterne deus. Qui salutem humani generis in ligno crucis constituisti ut unde mors oriebatur inde vita resurgeret. Et qui per lignum vincebat per lignum quoque vinceretur per cristum dominum nostrum.

## De beata Virgine

Vere dignum. Eterne deus. Et te in veneratione vel in annunciatione vel in visitatione vel in assumptione vel in nativitate vel in conceptione beate marie semper virginis collaudare benedicere et predicare. Que et unigenitum tuum sancti spiritus obumbratione concepit. Et virginitatis gloria permanente lumen eternum mundo effudit ihesum xpm dominum nostrum. Per quem maiest

## Prefatio de apostolis

Vere dignum. Eterne deus. Et te in veneratione N. beate marie semper virginis coll' benedicere et predicare.

## De apostolis prefatio

Vere dignum. Equum et salutare. Te domine suppliciter exorare ut gregem tuum pastor eterne non deseras sed per beatos apostolos tuos continua protectione custodias ut

Insdem rectoribus gubernetur quos operis tui vicarios eidem contulisti preesse pastores. Et ideo cum angelis et archangelis cum thronis et dominationibus. Cumque omni militia celestis exercitus ympnum glorie tue canimus sine fine dicentes. De uno apostolo

Vere dignum et iustum est equum et salutare. Nos tibi semper et ubique gratias agere domine sancte pater omnipotens eterne deus. Qui ecclesiam tuam in apostolicis tribuisti consistere fundamentis de quorum collectio beati .N. sollempnia celebrantes tua domine preconia non tacemus. Et ideo cum angelis et archangelis cum thronis et dominationibus. Cumque omni militia celestis exercitus ympnum glorie tue canimus sine fine dicentes

Item Prefatio cottidiana

Per omnia secula seculorum. Dominus vobiscum. Sursum corda. Gratias agamus domino deo nostro. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est equum et salutare. Nos tibi semper et ubique gratias agere domine sancte pater omnipotens eterne deus per christum dominum nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant angeli adorant dominationes tremunt potestates. Celi celorumque virtutes ac beata seraphin socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces ut ad